



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 122. Sancti Borromæi Testamentum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

tia Novembris die post horam nonam vesper-  
 pertinam Deo Creatori animam suam reddidit, postquam quadragesimum sextum ætatis suæ annum cum unico mense, vigesimum quartum autem sui Episcopatus præter tres menses compleverat.

Sæcul XVI.  
 A. C. 1584.

§. CXXII.

*Sancti Borromæi Testamentum.*

Quamprimum sanctus hic Cardinalis *Giuffano* animam exhallaverat, mox Pontificali veste indutus ad Archiepiscopatus sui facellum deferebatur, ubi ejus Domestici reliqua noctis parte inter Psalmos, & cantica sacras vigiliis obibant: Corpus autem illius tribus diebus ibidem expositum permanebat, omnibus urbis Capitulis stans horis iusta persolventibus: interea referantur testamenti tabulæ, quas die nona Septembris anno Christi millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, quo ejus Dioecesin pestis violentia depopulabatur, conscripserat, caveratque, ut in sua Ecclesia Cathedrali ad primos gradus, quibus ad Altare summum ascenditur, in subterraneo sepulcro conderetur apposita hac funerali inscriptione latina:

*l. 7. c. 13.*  
*Ciac. p. 889*

*Carolus Cardinalis tituli S. Praxedis,  
 Archiepiscopus Mediolani, frequentioribus  
 P 3 Cleri,*

Sæcul. XVI  
A.C. 1584  
*Cleri, Populique, ac devoti fœminei sexus precibus se commendatum cupiens, hoc loco sibi monumentum vivens elegit.*

Insuper sanciebat, ne circa tumbam plures, quam sex cerei accenderentur, moxque post ejus obitum tribus vicibus res divina pro Defuncti anima perageretur, milleque Missæ celebrarentur, quotannis vero semper solemne sacrificium pro mortuis in aniversaria decessus sui die offerretur, nisi ea incidere in tertiam Novembris, qua in Ecclesia Cathedrali aliunde pro cunctis Mediolanensibus Archiepiscopis pie defunctis ejusmodi solemnes exequiæ habentur, hinc mandabat sanctus Cardinalis, ut tunc, si ea die ipsum mori contingeret, hæc justa sequenti die persolverentur: præterea bona omnia, quæ ipse acquiserat, præcipuo pauperum valetudinario Mediolanensi legavit, & illud hæredem dixit: verum a Majoribus accepta dominia, quorum liberam dispositionem non habebat, suis consanguineis reliquit, exceptis quibusdam pensionibus, quas suis domesticis ex avitis hisce bonis constituit: locupletissimam quoque suam Bibliothecam Canonicis, omnia autem sua scripta in plura volumina compacta Joanni Francisco Bonhomini Episcopo Vercelleni legavit: denique quamdam suppellectilem,

lem, atque imagines quibusdam Amicis suis tanquam memoriæ suæ pignus reliquit.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1584.

§. CXXIII.

*Ejus exequiæ.*

Porro feria quarta tempore matutino *Giuff. 83*  
Corpus ejus elatum est funebri *Ciac. l. 6.*  
pompa ipsius dignitati, ac pietati congrua, funusque comitabantur omnes Ecclesiasticorum Ordines, ac totius Provinciæ Proceres: solemne autem exequiarum Officium celebrabat Nicolaus Sfondratus Cardinalis, Episcopus Cremonensis, & postea sub nomine Gregorii XIV. Pontifex Maximus, assistentibus ei statellorum Alexandriæ Episcopo, Viglebano, & Castriensi Præsulibus unacum omnibus urbis Capitulis, cunctisque Religiosis, piarum Sodalitatum Ordinibus, christianæ doctrinæ Scholis, & Collegiis: adfuere insuper Borromæus, & Altempsius Comites, Gubernator, Senatus, Magistratus, Universitatis Doctores, Urbisque Nobiles, Corpus vero præcipui Cathedralis Ecclesiæ Canonici usque ad templum deferebant, ubi satellites collocare oportebat, qui populum turmatim confluentem cohiberent. Postea defuncti laudes Franciscus Panigarola Astensis Episcopus ex Ordine Fratrum Minorum